



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

XXVIII. De Institutionibus, & Iure Patronatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

**N**am a & is, qui conceditur ut idoneo possit in sua vel aliena Ecclesia providere beneficium, aliud obtinere non potest, nisi vel primo ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat, vel in concessionem hujusmodi sit expressum, quod etiam beneficiata valeat providere personae: quo casu unicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinere, provideri poterit. Sed si concessum fuerit, ut providere illi valeat, qui & alia beneficia noscitur obtinere, hujusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia non curata restringi.

**E**x natura quoque & beneficii qualitate Apostolicum respectum restrictionem recipit: nam si de quibuscunque beneficiis provideri mandatum fuerit, de animarum cura mentione non habita, de iis providendum non erit, quibus hujusmodi cura noscitur imminere. Illis quoque, pro quibus scribitur ut de personarum & dignitatibus ad collationem, provisionem, praesentationem, vel dispositionem pertinentibus quorumcunque provideatur, de iis provideri non poterit, ad quos per electionem praeficiendi assumuntur.

**I**llud quoque omnino non est, quod si cui nulli facta personarum expressio sit gratiosè concessa facultas, ut auctoritate Apostolica aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providere possit, vel beneficia, quorum collatio est ad sedem Apostolicam legitimè devoluta, conferre: hujusmodi concessio etiam re integra, per obitum concedentis non expirat: sed, si super provisione certa personae faciendae eidem sit data potestas, non obitum, sed ejus, cui providetur, gratiam vel favorem. Illa enim expirat omnino, si concedens re integra moriatur.

**I**llud etiam interest, utrum, cui ab Apostolica sede provisio beneficiorum in certa Ecclesia, dioecesi, vel provincia certa persona faciendae committatur, an de certa Ecclesia incerta tamen personae? Primo enim casu licet quis vices suas alteri committere poterit: secundo vero, cum in eligenda persona mandatarii electa videatur industria, provisionem sibi commissam alteri demandare non poterit, nisi forma commissionis id habeat, ut per se, vel per alium hoc expedire valeat.

**P**ostremo illud sciendum est, tam Tutonenis et concilio tantum esse, ne probenda aliquam sessionem participant: quam ex Lateranensi, ne quis conferens beneficium Ecclesiae cum, partem proventuum suis iussibus retinere audeat, cum sine ulla debeat diminutione conferri.

**DE INSTITUTIONIBUS ET IVRE PATRONATUS**  
**TITVLVS XXVII.**

**Q**uando dicatur provideri per institutionem, quid sit patronatus, & quibus modis constituitur. h. d.

**A**ccidit autem interdum, ut praetati liberam de vacantibus beneficiis disponendi facultatem non habeant: quod tunc evenit, cum ea vacare contigerit, in quibus aliquis jus obtinet patronatus: tunc enim strictè sumpto vocabulo, non conferre, sed instituere dicuntur eos, quibus praesentante patrono providendum erit. Est igitur a jus patronatus, potestas praesentandi instituendum ad beneficium vacans. Constituitur autem

a C. cu. de prob. in 6. b C. si cui nulla. de prob. in 6. c C. majoribus. ext. de prob. d gl. i. can. pia. in 1. q. 7.

tale jus variis modis: veluti, Ecclesiae satisfactione, datione, & similibus.

**A**dificatio rite, vel dotata, acquiri per patronum, et pro quo debent commoda, quem signatur commoda. h. d.

**A**dificatio acquiritur per patronum, cum praesentationem de consensu dioecesis, iura, quae ad ipsam confertur. Dotatio acquiritur, si in iura non fundavit, Ecclesiae pro dote certa bona assignavit, nec enim in carnali matrimonio ad coeum sollicitudinem signari debet, ita etiam concedenda sunt. Ecclesiae, ut ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia, & ad cetera sacrae domus necessaria faciant. Patronum est igitur, ut quasi cupidam loco commensurata praesentationem patronorum in fundatis, nisi dicitur habito discrimine.

**S**unt tamen inter Ecclesiam laicos & laicos patronos praesentatione differunt. Nam a Ecclesiam ad praesentandum sex mensium conceditur spatium. Laico quoque sex tempus datur. Ea videtur optima ratio, quia ut longius praesentatur tempus Ecclesiae, quia ut semel facta praesentatione, amplius vacare non licet: quod in laico diversimodum statuitur.

**E**d si laicus, cui plures praesentandi verba ad iustitiam, primo Ioannem instituentem, Ordinarium, item Iudicium Paulum utrumque idoneum, Ordinarium, item Iudicium loco praesentatum inhiat, videamus, an possit appellare, valeat? & statum est de secundo praesentationem infringi non posse: Episcopum tamen qui primo loco praesentatum dolo ecclesiae admittere, non ut in competenti beneficio praesentat, competenti ut in eo puniatur, in quo cum de iure non possit.

**L**egatus de latere potest de quibus per patronum praesentatum non loceretur. Ecclesiam patronus non potest praesentare Ecclesiae, si non laico. h. d.

**L**icet patroni, ut supra retigimus, conferre possint, tamen in laico diversimodum accidit. Item Ecclesiam patrono de temporalibus rebus ratio debet haberi, quod in iure communi minime obtinet.

**L**icet a tamen patrono laico, si praesentatus in Ecclesia in rebus fraudare cogatur, non tenetur illam conventionem competere, nisi, si hoc vel competenti Iudici corrigenda denuciat, quod non agere tenet & Episcopus, Metropolitanus, cum hoc statuatur: si autem & Metropolitanus talia gerat, praesentatio hac aurius (si aliter Ecclesiae consensu non possit) mutare non differet.

**S**uccedente quoque per patronum acquiritur, quod quidem procedit, siue sit, siue extraneus, siue sit patronus, siue ab intestato sit, haec tamen, siue sit patronus, siue ab uno ex patronis Ecclesiae relicto haec tamen, siue sit unus, siue habebunt in praesentatione. Relictor, nec nisi institutos mutare poterunt.

**E**t si forte in plures partes patronorum se vult praesentando dividerit, ille praesentandus est. h. d.

a C. cu. de prob. in 6. b C. si cui nulla. de prob. in 6. c C. cum in gl. c. Ca. cum dilectum. ext. de prob. in 6. d. C. in 1. q. 7. e C. quoniam in. ext. de prob. in 6.



Ex, qui majoribus jvatur meritis, & plurium approbatu consenti.

*In Ecclesia ob patronatum discordans detrimentum patitur, nisi Episcopus interdicere dixerit. h. d.*

Quod si in similitas inter eos ortu fuerint, ut fallere providere non poterit, precipere debet. Episcopus, ut illi nullam molestiam non celebrentur, donec patroni ad concordiam solentur: quod si intra quatuor menses factum non fuerit, tunc ordinet Antistes Ecclesiam, sicut melius vult Deum judicaverit ordinandam.

*Episcopus potest ex causa Ecclesiam patronatus secundum canonem firmari vindicare. h. d.*

Quod si necessarium aut expediens esse duxerit, potest etiam interim Ecclesiam alicui commendare: ita tamen, ut si parochialis sit Ecclesia, nemini commendatur, quinon sit in sacerdotio constitutus: nec hujusmodi commendata ultra semelris temporis spatium vires suas porriget: nec in unius persona, unica fieri poterit.

*Episcopus in Ecclesia jure patronatus laicos non ex causa potest parochiam, quae collegant fructus erogandos in utilitatem laicorum. h. d.*

Item etiam Episcopo factus in Ecclesia, in quibus Ecclesiastica persona presentationem non habet, si remissis idoneis presententur, vel alia de causa aliquos in eis instituire non valeat, economus ponere, qui fructus percipere debeant in Ecclesiarum utilitatem erogandos, ut his qui quandoque instituantur, fideliter referre videas.

*Patroni possunt convenire de presentando alterius vicibus, & parochiam ipsius presentari, si de ipsi Episcopus eligat instituat. h. d.*

Id est, ut facilius provideatur Ecclesiae, non inconvenciens visum fuit, patronos ipsos inter se posse liberè convenire de Rectore ab eis alternis vicibus presentando: quibus etiam ex eadem causa permittitur, ut plures ad vacantem Ecclesiam presentare valeant, ita ut unus ex eis eligi possit per Episcopum, & admitti.

Donatione de quoque jus patronatus acquiritur. Vt cum jus, quod quis in Ecclesia habet, in aliquem libenter confert: quod si fiat Ecclesiae, aut loco religioso, quamvis absque assensu Episcopi facta fuerit, efficax est censenda, sed per eam Episcopalis iuribus in aliquo non derogatur. Sed si quis dato precio, hujusmodi jus comparare ausus fuerit, talis contractus irritus est, & inanis, nisi tale jus cum universitate rerum temporaliu transferretur.

*Episcopus non potest servare patroni presentationem. Patronus non potest quam propria auctoritate instituire sub pena excommunicationis. h. d.*

Quod admodum autem ad presentationem patroni, debet Episcopus clericos instituire, & quod spectis fructuoribus de vacantia Ecclesia disposuerit, erit irritum: ita etiam patronus auctoritatem Episcopi negligere non debet. Quod si laici f. ausu temerario propria auctoritate ad institutionem processerint, tam ipsi anathemate feriendi, quam etiam per ipsam instituti clerici communicatione sunt privandi: qui si etiam adhuc perseverint, a ministerio Ecclesiastico & ordine deponendi erunt.

*Patroni presentari presentatis tenent.*

Interdum & accidit, ut ejus qui patronus non est, presentatio tamen rata sit habenda. Vt cum ordinarius ad

ejus presentationem clericum instituit, qui & juris patronatus erat possessor, & patronus credebatur: nam si postea jus patronatus alius in iudicio evicerit, institutus non debet propter hoc ab Ecclesia removeri.

*Quomodo potest seipsum presentare. h. d.*

Item, si autem patronus alius presentet, seipsum tamen, quamquam clericus sit, presentate non potest, quantumvis idoneus sit, & quibuscumque studiis juvetur & meritis: cum nullus Ecclesiasticus se officio ultro immiscere debeat.

*Item si beneficium conferat, veluti nemo se presentat: nec vocatur beneficii tenet collatio, aut presentatum parochia. h. d.*

Similes, in quibusdam vero dissimiles. Similes sunt, quia quemadmodum is, qui seipsum presentat, institutus non est: ita etiam is, ad quem pertinet collatio, seipsum non potest instituire, cum inter danrem & accipientem distinctio debeat esse personalis. Item quemadmodum vacatur praebenda non tenet regulariter collatio: ita etiam promissiones de non vacabunt beneficiis Ecclesiarum, in quibus quis jus obtinet patronatus, nullo jure substat.

*Capitulum sede vacante potest instituire presentatos: idem potest vicarius sine speciali mandato Episcopi. h. d.*

Dissimiles sunt, quia etsi Capitulum sede vacante, & beneficia, quae ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit: presentatos tamen a patronis potest, si idonei sint, admittere & instituire. Idem obtinet in vicario: quia licet sine speciali concessione conferre & non possit, presentatos tamen instituire & minime prohibetur.

*In Rectorem parochialis Ecclesia potest presentari etiam non in sacris constitutus, licet scias in libera collatione: in qua tamen potest dispensari cum eo, qui est constitutus in minoribus. h. d.*

Sunt etiam in eo dissimiles, quod in rectorem parochialis Ecclesiae, etiam non in sacris constitutus presentari potest, dummodo aliis sit idoneus, & infra tempus a jure constitutum ad ordines, quos ipsius Ecclesiae cura requirit, promovendi valeat. Collatio autem fieri non potest, nisi in persona ejus, qui saltem sit in subdiaconatu constitutus: cum his tamen, qui in minoribus sunt ordinibus constituti, si tales sint, qui infra breve tempus possint in Presbyteros ordinari, dispensari poterit.

*Patroni deservit circa honorem, & etiam necessaria subministranda. h. d.*

Eferunt autem patronis non solum circa presentationem, veram etiam circa honorem processionis, & circa necessarium vitae subsidium. Nam si aut ipsi aut illorum filii ad inopiam redacti fuerint, illis erit modeste ab Ecclesia succurrendum.

*Jus patronatus tollitur cessione, Collegii constitutione, Ecclesia destructione, delicti perpetratione, &c.*

Tollitur jus patronatus cessione: utputa, cum quis id Ecclesiae, in qua jus habet hujusmodi, conferendum duxerit. Item, si quis Ecclesiam sine sui reservatione iuris, collegiatam fieri patitur. Et amplius constat, si ades factae incendio consumptae fuerint, vel etiam terramotu, vel vitio suo corruerint, extingui jus patronatus necesse est. Sed & si patronus ausu nefando Rectorem vel clericum ipsius Ecclesiae per se vel per alios occiderit, vel mutilare ausus fuerit, tam alias poenas, quam juris patronatus amissionem sustinere debet. Idem juris est, si patronus efficiatur haereticus: cum enim bona haereticorum universalia sint confiscanda, g. merito cum ista universitate etiam jus patronatus interibit.

a C. ext. 22. b C. cum vol. ext. de offic. ord. c. versio. d. de jur. par. d. C. de jur. par. in 6. e C. qua clerici. & f. de jur. pa. f. C. parochia. ext. d. 22. g C. consultatio. ext. d. 22.

a C. per nostras. ext. d. 22. b C. ext. de inst. c C. 2. ext. de sed. va. d C. de off. vicar. in 6. e C. ex frequentibus de inst. f C. quicumq. solentur. s. 6. q. 7. g C. vergetur. ext. de haeret. Bbb 2